do eis sanitatē (Et) scȝ ip̄e scūs Martin⁹ (reddit).i.restituit (sua p̄ce) id ē ꝑ suas orōnes (corꝑa).i.cadauera (triū mortuoꝝ).i.defunctoꝝ (p̄sti ne vite).i.ad vitā p̄orē.q2 sua p̄ce tres mortuos suscitauit (hic) scȝ sanct⁹ martin⁹ (destruit).i.ān̄hilat.rūpit ⁊ frangit (sacrilegos rit⁹).i.hereticas prauitates.q2 ꝯuertit infideles ad fidē catholicā.q̄bꝫ p̄dicauit (⁊ dat).s. ad cōburendū (idola).i.imagines idoloꝝ ⁊ demonum (ign̄ibꝫ).i.flām̄is (ad gloriā).i.honorē ⁊ laudē (xp̄i).i.om̄ipotētis dei.q2 ip̄e cōbussit idola.⁊ deos argenteos igne.⁊ edificauit ecclesias ad laudē dei Et (hic) scȝ scūs martinus (ꝯficiens) id est ꝯsecrās (nudis brachijs.mysteria).i. sacra scȝ sacramēta altaris (p̄dit⁹).i.circūdat⁹ (celesti).i.diuino (lumine) id est claritate dei. ¶ Notandū.autor cōmendat beatum martinuȝ in quinq̄ȝ virtutibus Primo in cura febricitantiū.q2 legit̄ ꝙ multos infirmos a febribꝫ curauit.imo hodierna die ad sepulchrum transeuntes a tali infirmitate meritis sancti Martini curantur Secundo commendat eum in fuga spirituum malignorum. Unde legitur ꝙ quodam tempore cum p̄mo fuit ordinatus episcopus exiuit ecclesiam.videns hominē obsessum trementem ⁊ insanientem.vt quasi de spuma oris sui fuisset suffocatus.quem beatus Martinus tangens cum baculo suo dixit Non dominetur tibi iniquitas tua.neq̄ȝ dyabolica potestas.surge ⁊ ambula in pace. Ad hec verba homo statim surrexit cunctis videntibus ⁊ audientibꝫ et ab eo cum magno rugitu recessit dyabolus. Item legitur ꝙ quadā vice beatus martinus cum suis socijs transiuit ⁊ orauit.occurrunt eis vacce cum nimio impetu que antea multos cornibꝫ suis offenderāt.q̄d beatus Martinus aspiciens vidit dyabolum supra dorsum ip̄as agitantem quem recedere iussit et statim recessit. Tercio cōmendat eum in paraliticoꝝ cura. Unde paralisis est quedam infirmitas dissoluens mēbra hominum ⁊ impediens gressum.de qua infirmitate multos curauit Unde legitur ꝙ post obitum beati martini fuerunt duo socij.vnus claudus alter paraliticus.qui p̄dicando ⁊ mendicando magnam pecuniā acquirebant Audientes ꝓo ꝙ corp⁹ sancti martini multos infirmos sanaret.cū in translatione corpus eius ꝓcessionaliter ad ecclesiam portaret̄.timere ceperunt ne predictum corpus ante hostium portarent.⁊ sic curarentur nolebāt em̄ consequi sanitatē ne ꝑderent materiam sui lucri. quapropter de illo hospicio fugientes aliam plateam adeuntes corpori eius ex improuiso obuiabant.⁊ sic ambo contra voluntatem eorum sunt curati.licȝ dolerent multum ⁊ tristarentur,

¶ Pro terminis nota.sedo as are ꝑcat pacificare siue determinare.vt discordia illoꝝ est sedata Item conglutino est verbum transitiuū prime coniugatōnis ⁊ significat consolidare.

Hic oculis hac manibus in celum et totis viribꝫ suspēsus terrena cuncta respuit. Eius ori nūq̄ȝ christus abfuit siue iusticia vel quicquid ad veram vitam pertinet

Hic iā autor cōmēdat be.martinū de sanctitate vite ⁊ moꝝ honestate



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0189
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG